Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tione prolatus e. idcirco p̄ueniens ait. mascu
lum & feminam fecit eos. Haec quidem ad eā
quaestionem dicta sint. quae secundum litte
ram potest proferri. Uideamus aut̄ & iam
quomodo p allegoriam ad imaginem di ho
mo factus. masculus & femina e. Interior
homo noster ex sp̄u & anima constat. mas
culus sp̄s dicit̄. femina potest anima nuncu
pari. Haec si concordiam inter se habeant
& consensum. conuenientia inter se ipsa cres
cunt & multiplicantur. generantes filios.
sensus bonos & intellectus. uel cogitationes
utiles. p quae repleant terram. & dominent̄
in ea. Hoc est subiectum sibi sensum carnis.
ad meliora instituta conuestant. & domi
nentur ei. scilicet. Cum in nullo caro contra
uoluntatem sp̄s insolescit. Iam uero si anima
coniuncta sp̄ui. atque eius uita dixerim
coniugio copulata. declinet aliquando
ad corporeas uoluntates. sensumq. suum
delectationi carnis inclinet. & aliquando
quidem obtemperare uideat̄ salutarib;
monitis sp̄s. aliquando uero uitiis car